

Euphor- Actuarii, qui concordantes de eorum verbis differunt: Euphorbium non modo pituitam trahit, sed etiam aquam, hancq;
bii vires validius educit. Est autem acerrimum omnium, quæ ego noverim, ardentissimumq; propterea colicis, & ventrem frigidio-
ex Actio rem habentibus datur, ceteros vehementer conturbat: sitim maximè ciet: Nonnihil ex odoratis seminibus ei est commisscen-
& Actua- dum. Modus triobolarius, ex aqua mulsa. Præstat tamen cum melle cocto ipsum in catapotia redigere. Id quod etiam Paulus
rio. annotavit libro septimo, ubi inter ea Euphorbium recensuit, quæ aquam & pituitam deficiunt. Verum in simplicium cen-
Ex Paulo. su Dioscoridem Galennumq; secutus, de hac dejectoria facultate ipse quoq; nihil memoria prodidit. Ceterum inter Arabes
Ex Mesue Mesues fufius Euphorbii vires tradidit in solventium medicinarum mentione, ubi ita, ad sensum saltē scribit, Euphorbi-
 um gummi est, quod usq; a lēo excalfacit extenuatq; ut in hoc cetera gummi genera præcellat. Excalfacit enim ordine
 quarto: quo fit, ut exulceret, & ruborem inflammationemq; inferat, penetret, & violenter abstergat: Euphorbium noxium
 admodum est medicamentum, ita ut non sine labore, animi defectu, ac sudore frigido alvum deficiat. Fecineri ob id, ven-
 triculusq; sua ingenti acrimonia magnam infert noxam. Quapropter exhiberi minime debet, nisi prius iis commissceatur
 medicamentum, quæ acerrimam ejus vim retundere valeant. Extrahit potum a profundis corporis partibus tum crassam,
 tum lentam pituitam, mundatq; compaginum cavitates a crasso contumacibusve excrementis, quæ in re omnium valen-
 tissimum est medicamentum. Nervos expurgat ab insarctis jam diu humoribus. Proficit ad hæc resolutum, convulsis, stupidis,
 tremulis, orisq; distentionibus, & ceteris nervorum morbis a frigore obortis, si ex leucio oleo levigatum exterius inungat-
 ur. Focineri leniq; inundum, mirifice eorum dolores tollit a frigore, & flatu provenientes. Sternutamenta valentissimè
 cit. Occipiti autem confricatum, veteranos obliuissosq; juvat. Aquam inter cutem facillimè extrahit duorum obolorum
 pondere potum. Sed drachmarum trium pondere haustum, (ut Serapio & Avicenna scriptum reliquerunt) potantem
 interficit, trium dierum spatio erosus ab eo intestinis, & ventriculo. Euphorbium, teste Mesue, quatuor edurat annis: ne-
Euphor. que eo prius utendum est, quam annum integrum consenuerit, namq; recens ob ingentem acrimoniam reprobatur. Ser-
quando vatur commodè milio aut fabis, aut lentibus sepultum. Euphorbii facultates paucis perstrinxit Galenus libro 7. simpli-
utendum cium medicamentorum, sic inquit: Euphorbium caustica sive urentis, & tenuium partium facultatis est, alius succus si-
Ex Gale- militer. Et lib. 2. de compositione medicamentorum localium, cap. 3. tradens curam hemisphæri, idem de Euphorbio ita
mo. scribit: Porro de Euphorbii facultate jam mihi relatum est, quod citò exolvatur, quare in ejusmodi pharmaca non vetus
 conjicere oportet. Dicitur etiam recens albidius esse: quod verò inveteratum est, flavioris aut pallidioris coloris reddi. Plan-
Nomina. ta, quæ Græcis ἐὺφορβιον, Latinis item Euphorbium nominatur, quemadmodum succus ejus: Mauritani Euforbion seu Far-
 bium. Italis Euforbio: Hispanis Alforviam, Alforvion & Euforvio: Gallis Euphorbe.

Euphorbii tenellam plantam ex Dodonæo effigiatam adjecimus: folia illi sunt oblonga, crassa, viren-
 tia, rotunda, ac tereti figura, angulosa Cucumerem referentia, quæ angulis & eminentiorib. & albican-
 tibus spinis duplici fere ordine donantur: ex quibus vulneratis, liquor acris & mordax, facileq; concre-
 scens effluit: fructum parit in trifido folliculo, ternis utriculis conjunctum: semina utriculis singula clau-
 duntur, colore foris flava, intus candida ac pinguis, gustu liquorem æmulantia, Cordo monente. Folium
 terræ commissum, instar Oportia, seu Ficus Indica, in plura multiplicatur, & radicem in obliquos ra-
 mulos divaricatam demittit. Hujus figuram Euphorbii nomine, Dod. fol. Lob. Lug. Tab. & Lonicerus
 proposuere. Eligere oportet grumos puros pellucidos, candidos aut flavos: quibus verò plantæ aculei
 permixti, reprobantur. Adfertur ex Africa syncerum, rarissimè adulteratum, gummi aut Sarcocolla, aut
 Tithymallorum liquore. Adversus Euphorbii acrimoniam remedio fertur esse herba, quæ ex radice cras-
 sa, multis propaginibus donata, cauliculos complures emittit, rotundos, virentes, circa quos folia por-
 tulacæ, quæ succo lento & refrigerante turgent, Euphorbii ardorem retundente, quare ab effectu & con-
 trariis facultatibus Anteuphorbii nomen accepit, ut videre est apud Dod. fol. Lob. Lug. & Tabernæ-
 montanum: malè enim apud Castorem Durantem pro Euphorbio positum.

καλβάνον.

GALBANUM.

CAP. LXXXI.

Galbanum succus est nascentis in Syria ferulæ, quod nonnulli metopium vocant. Maximè laudatur
 cartilaginofum, merum, thuris effigiem præbens, pingue, minimè lignosum, retinens nonnihil ad-
 jecti seminis & ferulæ, gravi odore, neq; valde humidum, neq; nimis aridum. Adulteratur faba fresa,
 resina & ammoniaco. Galbanum excalfacit, urit, extrahit, discutit: menses ac partus trahit appositum vel
 fuffitu. Lentigines aceto & nitro perunctas tollit. Devoratur ad tussim veterem, difficultatem spirandi,
 suspiria, rupta, convulsa. Adversatur toxicis, potum cum vino & myrrha: simili modo sumptum mortuo-
 os partus extrahit. Imponitur lateris doloribus & furunculis: comitiales & vulvæ strangulatus, & verti-
 ginosos olfactu suscitatur. Si uratur, fugat nidore serpentes, & perunctos feriri non patitur. a Serpentes
 cum oleo, & sphondylis circumpositum necat: dentium dolorem oblitum, aut cavernis inditum, miti-
 gat: urinæ difficili prodesse existimatur. Resolvitur ad potiones amaræ amygdalis, aqua aut ruta, aut ca-
 lido pane, mulsave: aliàs meconio, ære uiso, aut felle liquido. Si purgare Galbanum voles, in ferventem
 aquam demittito: namq; cum liquefactum fuerit, ejus sordes fluitabunt: quas hoc modo facile separabis.
 Mundo linteo, raroq; alligatum in fistili, aut ærea pyxide ita pendeat, ut imum vasis ne tangat, opertoq;
 vase in fervidam aquam demittito: sic enim syncerum, veluti per colum eliquescet, & lignosum in lin-
 teo remanebit.

Galbani
confide-
ratio,

Quamvis legitimum optimumq; Galbanum in pluribus Italia locis, præsertimq; Venetiis venale reperitur, id tamen
 quo passim officinae utuntur, nihil, vel sanè parum Galbanum refert, quod in laudatissimi genere a Dioscoride repræ-
 sentatur. Siquidem illud non modo ab impostoribus adulteratum est, sed etiam lignorum ferularumq; ramentis, lapidibus
 ac aliis compluribus recrementis vitiatum. Quæ erant itaq; probi seplasiarii, quod optimum est: alii verò, qui parsimonia, ne
 dicam avaritia student magis, quàm honori, ut qui probatissimum vix unquam assequi possint, id saltē, quod impu-
 rum est, purgare deberent a Dioscoride edocti: quippe quod ea ratione facile ab adventitiis sordibus expurgari possit. Gal-
 bani vires tradidit Galenus lib. 8. simpl. medic. sic inquit: Galbanum succus est plantæ ferulacæ, molliendi & dige-
 rendi

Galbani
vires ex
Gal.

rendivi. Fuenitq; sanè ex tertio ordine ex calfacientium incipiente, aut secundo completo: in desiccando verò ex secundo incipiente. Id Græcè γαλβανόν. Latine Galbanum & Galbanum appellatur: Arabicè Ebene & Bezard: Italicè pariter & Hispanicè Galbano.

Galbanum liquor est, grumis flavis aut candicantibus compactus, substantia molli, pingui, digitis adhærente, sapore amariuscule, odore gravi. Eligendum purum, pingue, cum accenditur flammam nutriens, mediocriter viscosum, colore flavum, tale enim recens est.

Αμμονιακόν.

AMMONIACUM.

CAP. LXXXII.

10

Ammoniacum ferulæ succus est, quam juxta Cyrenen Aphrica gignit: cujus fruticem cum radice Agasyllim vocant. Probatum bene coloratum, ligni, & calculorum expers, a thuris similitudine, minutis glæbis, densum, syncerum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans, gustu amarum. Hoc genus thrausam, id est friaturam appellant, quod verò terram, & calculos collegit, b phryama. Gignitur in Aphrica juxta Ammonis oraculum, succum stillante ferulacea arbore. Mollit, extrahit, calfacit, tubercula, duritiasq; discutit, potum alvum solvit, partus extrahit: lienem consumit, drachmæ pondere haustum: articulorum, coxendicumq; doloribus liberat. Auxilio est anhelatoribus, orthopnoicis, comitialibus: item quibus humor in pectore coit, si cum melle delingatur, aut cum ptisanæ succo sorbeat. Cruentam urinam pellit, albugines oculorum abstergit, genarum scabritiam absumit: tritum autem cum aceto & impositum, jecinoris lienisq; duritias sedat: discutit tophos, qui in artubus concaluerunt, cum melle, aut cum pice illitum. Lassitudines, & coxendicum dolores eo perungi utile est, cum nitro, & cyprino oleo, vice acopi.

Ammoniaci lacrymam officina, mutata una litera, Armoniacum vocant: cujus tamen syncerissima parum ad nos convehunt, quæ ex Alexandria Aegypti cum mercimoniis Venetias redeunt. Quandoquidem rarissimum Ammoniacum visitur, quod suis minutis glæbis thuris referat. Nam omne ferè, quo officina utuntur, picea resina modo in massam compactum cernitur, impurum, ac quam plurimis impostorum adulteris vitiatum. Ut hinc facile dici posse putaverim, hoc vel illegitimum, vel saltem deterius esse, idq; fortasse, quod Dioscoridi phryama nuncupatur. Cujus etiam meminit Plinius lib. 12. ca. 23. ubi de Ammoniacum ita scribit. Ergo Aethiopia subjecta Aphrica Ammoniaci lacrymam stillat in arenis suis. Inde etiam nomen ab Ammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant, resina modo aut gummi. Genera ejus duo, thrauston masculi thuris similitudine, quod maxime probatur: alterum pingue, & resinosum, quod phryama appellant: hæc Plinius. Caterum Ammoniacum usi sunt antiqui (ut Paulus est author) in sacrificiorum odorem, ac suffimentis. In quem sane usum illud ab iis receptum fuisse conjiciendum est, quod electissimum, & thuri persimile extitit. Hujus rei illud maximo est argumento, quod ab ipso Paulo, itemq; Aetio in suis medicamentis Ammoniacum thymiana, hoc est, suffimentum cognominatur, quasi Ammoniacum præstantissimum ita intelligere voluerint. Ammoniaci meminit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum sic inquit: Ammoniacum liquor est ferula cujusdam. Hoc habet emolliendi facultatem intensam, adeo ut & articulorum tophos dissolvat, & lieues induratos sanet, & charadas discutiat. Quod Græcè ἀμμονιακόν, Latini item Ammoniacum dicunt: Mauritanii Raxach, sive Affach: Itali Ammoniacum & Armoniacum: Hispani Aguaxaque, & Armoniaque.

40

Ammoniacum seu gutta Hammoniaca, densis solidisq; grumis in massas, Thuris non dissimilibus, compactum est, coloris rufi, aut in fusco flavi, intus candidi, nitidum, splendens, Galbanum odore referens, amarum. Eligendum syncerum, purum, majoribus grumis, foris flavis intus candidis, & manu tractatum cum lentore mollescens, accensum in plures splendidas micæ dissiliens,

Σαρκοκόλλα.

SARCOCOLLA.

CAP. LXXXIII.

Sarcocolla lacryma est arboris in Perside nascentis, a pollini thuris similis, b rufa, gustu amara. Vulnera glutinat, oculorum fluxiones inhibet: emplastris inseritur. Adulteratur admixto gummi.

Lacrymam hanc Sarcocollam dixerunt Græci, quoniam sicuti glutinum lignum, ita hæc sauciatam, exulceratamque corporis carnem agglutinet. Quæ autem ad nos advehitur, non omnis legitima est: quippe quod ea plerumque (ut de aliis quoque pluribus lacrymis, resinis, & liquoribus fieri superius diximus) gummi, & alterius generis lacrymis adulterata deferatur, & talis officinis invenitur. Verum fraus gustu facile deprehenditur: quandoquidem quæ amara non est, adulterium sensit. Plin. lib. 13. cap. 11. albam ceteris prætulit, sic inquit: Fit & ex Sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi utilissimum pistoribus, ac medicis, simile pollini thuris: & ideo candidum, quam rufum melius. Et lib. 24. cap. 14. idem ita scribit. Sunt qui & Sarcocollam spinæ lacrymam putent, pollini thuris similem, cum quadam acrimonia dulcem. Cum vino rufa sistit fluxiones, illinitur infantibus. Vetustate & hæc maxime nigrescit: melior quò candidior: hæc Plinius. Quæ tamen in Sarcocolla historia à Dioscoride, & Galeno maxime dissentit, cum hi Sarcocollam gustantibus amaritudinem relinquere asserant, ille verò contra dulcedinem. Vidi Sarcocolla arboris imaginem ab Andrea Marino medico insigni appictam in eo Mesuis libello, qui de alvum ducentibus medicamentis inscribitur. Eam cur probem, aut improbem sanè non habeo, cum mihi non absit ambigendum an Mercator ille Persa historiam aut fabulam attulerit. Sarcocolla Mauritanis pituitosas cruditates, ac crassos, & glutinosos dejicit humores, præsertim qui in compaginum, & coxendicum cavitatibus delitescunt. Cerebrum mundat, item nervos, & pulmones: proinde tussientibus, & difficultatibus spirantibus auxiliatur. Est etiam ex medicamentis, quæ senes juvant, præcipue pituitosos. Calvescunt tamen, qui frequentius ea utuntur. Præstat mirum in modum ad oculorum albugines, nubeculas, cicatrices, & id genus impedimenta, si in cratere vitreo asinino lacte maceretur quinq; diebus, interea tamen novum lac quotidie est infundendum, priore effuso. Vulneraria præterea penicilla hydromelite prius madefacta, ac inde Sarcocolla pulvere circumlita auribus exulceratis utilis.

D d d

liter im.

liter imponuntur. Cruentis vulneribus, ac diuturnis ulceribus mirifice medetur, quippe quæ proprio suo munere ea à for-
dibus mundet, carne repleat, cicatriceq; obducatur. Alvum tardè dejicit, perturbatq; eos, quorum ventriculus bile redundat,
quare cavendum est, ne eis exhibeatur. Roboratur ejus dejectionis facultas, gingibere, & cardamomo additis. Hac ex Ara-
bibus deprompsimus, quæ sanè tam antiquis, quàm recentioribus incognita fuerunt: utpote qui ea nusquam, quod equi-
dem legerim, scriptis tradiderunt. Sarcocolla vires retulit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ubi ita scriptum
reliquit. Sarcocolla lacryma est arboris persicæ, mistam vim habet ex emplastica quadam substantia, & paucula amara.
Itaq; citra morsum deficcatur, ac proinde glutinare vulnera valet. Lacryma quæ *σαρκώδης* Græcis, Sarcocolla item La-
tinis, & Italis appellatur: Arabibus Anfarot, Anazaron, seu Auzurut: Hispanis Lancarotes: Gallis Sarcocolle.

Ex Ga-
leno.

Nomina.

Sarcocolla lachryma est ruffa aut candicans, minutis veluti friatis grumis constans, amara, acris, nau-
seam, cum deglutitur, provocans, glutinosa, in aqueo humore dissolubilis. Eligendum rarum veluti spu-
mosum, candidum (rursum enim inveterascentis indicium est) amarissimum, glutinosum.

Γλαυκίον.

GLAUCIUM.

CAP. LXXXIV.

Glaucium succus est herbæ, quæ ad Hierapolim Syriæ nascitur, foliis ferè corniculati papaveris, pin-
guioribus tamen, in terram sparsis, odoris tetri, gustus amari: tota croceo succo madet. Folia in olla
fistili, semifrigidis clibanis calcifiunt indigenæ, usq; dum flaccescant: deinde contusis succum expri-
munt. Cujus est usus ad oculorum medicamenta, utpote cum inter initia refrigeret.

Glaucii
confide-
ratio.

Memithe.

Glaucii
ex Cheli-
donia.Glaucii
vires ex
Galeno.

Nomina.

Glaucium medicorum, & officinarum vulgo, qui barbarorum, & Arabum nomina usurpare solet, Serapionis, &
Avicennæ modo, Memithe dicitur. Id autem, quo papiri seplasiarii utuntur, meo quidem iudicio, verum syriacumq;
Glaucium est: quippe quod omnibus ferè notis, & facultatibus legitime respondeat. Præter id enim, quod factio periculo,
oculorum vitis optulatur, forinsecus rufescit, intus verò croceo colore spectatur, & gustu amaro sentitur cum quadam
graveolentia: tamen si pharmacopolas nonnullos quandoq; deprehenderim, qui è majore chelidonii succo Glaucium con-
ficiunt. Sed animadvertendum est, quod in Serapionis codice, præter proprium Memithe caput, quod Dioscoridus est Glau-
cium, legitur etiam in capite de Curcuma (nisi fortasse interpretis fuerit lapsus) Chelidonium minus vocari Memithe.
Quod in Serapione vel interpretis, vel alterius culpa, mendum subsit, inde mihi quidem orta est suspicio maxima,
quod Dioscorides, cujus verba ad unguem refert Serapio, Glaucii non meminerit in Chelidonio. Quo factum est, ut illi Se-
plasiarii depravata Serapionis lectione decepti in hunc & alterum errorem inciderint: quod non solum ex chelidonii suum
Glaucium eliciant, sed etiam majus chelidonium minoris locosumant, quandoquidem illud succum croceum mittat Glau-
cio similem. Glaucii facultates memoria prodidit Galenus lib. 6. simp. med. sic inquit: Glaucium adstringit cum quadam
fastidio. Tum adeo manifestè refrigerat, ut solum sape erysipelata, utique si valentia non fuerint, curare possit. Mistura
ejus composita est ex aqua terreaq; substantia, utraq; sane frigida, verum non summe, sed cœu aqua fontana. *Γλαυκίον*
sic Græcè, ut etiam Glaucium Latine dicitur: Arabicè Memithe.

Κόλλα.

GLUTINUM.

CAP. LXXXV.

Glutinum, quod xylocollam, alii taurocollam vocant, præstantissimum Rhodiaceum, quod ex bubu-
lis coriis conficitur. Id candidum est, & translucens. Nigrum verò minus probatur. Resolutum in
aceto impetigines, leprasq; cutis delet: ambustis igni ex aqua calida dilutum, illitumque pustulas erum-
pere non patitur. Vulneribus prodest melle, cum aceto madefactum.

Ιχθυόκολλα.

PISCIUM GLUTINUM.

CAP. LXXXVI.

Piscium gluten, venter est piscis ceracei. Præstat candicans, natione Ponticum, subaspermum, minimè
scabrum, & quod celerrimè liquefcit. Utile emplastris capitis, & leprarum medicaminibus, & teta-
nothris, quæ cutem faciei erugant, & extendunt.

Glutini
confide-
ratio.Gluten
libra-
riorum.

Nomina.

Nemo est, qui taurinum, & piscium Glutinum non cognoscat: quare hac in re, non pluribus verbis opus est. Verum
sciendum, quod Glutinum taurinum hac ætate non modò è taurinis coriis conficitur, sed ex omnium quadrupedum
pellibus. Hujus neq; alterius non reperio meminisse Galenum in simplicium censu: quanquam inibi libro 7. illius glutini
librarii mentionem fecerit, quod ex polline farina, & muria paratur, sic scribens: Gluten, quod ad libros preparant ex
similagine, & garo, emplastica concitoriaq; facultas est. quibusq; ipsum partibus illinas. Ceterum illud gluten,
quod è piscibus sit, inter cetera simplicia Paulus quidem retulit, sed ea tantum ferè de eo scribit, quæ Dioscoridi accepta re-
ferri possunt. Id Græcè *ιχθυόκολλα*, & *ταυροκόλλα* vocatur, quod Latini, Gluten & Glutinum: Italis Colla di car-
niccio: Hispanis Colla & Grudel. Quæ verò Græcè *ιχθυόκολλα* Piscium Glutinum Latine dicitur: Italicè quemadmodum
& Hispanicè, Colla di pesce. Arabicè utrumq; gluten Zire, seu Gara nominatur: Germanicè Ecim: Gallicè Colla.

Ἰστίον.

VISCUM.

CAP. LXXXVII.

a Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
b Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
c Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
d Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
e Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
f Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
g Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
h Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
i Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
k Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
l Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
m Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
n Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
o Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
p Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
q Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
r Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
s Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
t Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
u Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
v Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
w Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
x Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
y Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.
z Meum
varietas
hoc. i. sub-
sta. um.

Viscum optimum recens, intus porraceum, extra a fulvum, quod asperi nihil, aut furfurosi concepe-
rit. Fit t acinis in quercu nascentibus, buxæ fruticis folio. Contusum acinum lavant, & postea in
aqua decoquunt. Sunt qui commanducando ipsum efficiant. Gignitur quoq; in malo, pyro, & plerisq;
aliis arboribus: quineriam invenitur in quorundam fruticum radicibus. Emollit, discutit, extrahit, paro-
tidias, tubercula, cæterasq; collectiones ad maturitatem perducit, cum resina & pari cera mistum: epi-
nyctidas in splenio sanat: vetera ulcera, abscessusq; quos cacoëthes vocant, ex thure mollit. Lienem cum
calce, gagate, aut Asio lapide coctum, & impositum absumit: cum sandaracha, aut auripigmento illi-
tum, ungues extrahit: mistum cum calce, & vini facie, & suam vim intendit.

Viscum

VISCUM.

* VISCUM POLYCOC-
con Camerarii. *

Viscum planta est brevis, ramusculis in crucis modum prodeuntibus, foliis binis in ramusculorum summitatibus utrinque, vix emergentibus, oblongis linguarum instar, crassis solidisq. colore submelino. Baccas fert copiosas, pisorum magnitudinis, albescentes, tenui tunica obductas, substantia intus tenaci, glutinosaq. ac molli, in qua semen est parvum. Viscum fit pluribus ac diversis modis: verum omnium præstantissimum est, quod è granis in quercu nascentibus conficitur. Hujus præter id, quod invalidum in pyro, malisq. nascitur, ingens in Hetruria provenit. Siquidem ibi non modo in quercu laudatissimum provenit, sed etiam in cerro, ilice, & castanea, in nostris præsertim maritimi Senensis, ubi vastissime assurgunt sylva, qua non parvo pretio in locantur, qui viscum efficiunt. Scandunt autem illi arbores immensas, non sine magno vitæ suæ periculo, sapiusq. funibus ad alligati id munus in aere pendentibus obeunt. Grana, qua legerunt, in aqua decoquunt, donec disrumpantur: postea contundunt, & tandem lavant in aqua, quousq. fursuracea excrementa eximant. Refert Plinius, nasci Viscum in quercu tantum, robore, ilice, sylvestri pruno, terebinto, pinu, & abiete. Ac in Hetruria gignitur etiam in castanea, quod optimum est, malo ac pyro, non tantum sylvestri, sed etiam domestica, quam vix penitus inutile. Visci maxima Hetrusci utilitas est: nam præter ejus usum in aucupio, quibus mirum in modum delectantur ob ingentem turdorum copiam, qui autumnus tempore, in sylvis quibusdam ex juniperis arte constructis, eo capiuntur, id etiam in primis utile est vitibus muniendis, ne prima germinatione ab erucis, quibus omnia scatent, gemma devorentur. Siquidem Hetruria agricola visco vites omnes circumdant, quo postea erodentes vermiculi, qui tam præstantissimo latice insidiantur, è terra sursum petentes, merito implicantur. Quod cum perspexisset natura omnium rerum parens, visci multum Hetruria largita est, ne hanc ob pestem vino destitueretur. Visci fructu vescuntur turdi, præcipue magni, quos nostri vulgo turdellas appellant. Quorum stercore visci semine pleno inficiuntur & seruntur arbores, in quibus pernoctant, & vicitant: è quo tandem semine nascitur planta, qua viscum creat. Unde scit à Plauto dictum est: Turdus exitium sibi cecat. Caterum per se non est arbor, sed in arboribus vivit, fronde plerumq. perpetua. Id quod etiam testatur Virgilius lib. 6. Aeneidis cum inquit:

Quale solet sylvis brumali frigore Viscum
Fronde vivere nova, quod non sua seminat arbor.

Proinde Plinius lib. 16. cap. ult. ita scriptum reliquit: Quadam enim in terra gigni non possunt, & in arboribus nascuntur. Namq. cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut Viscum. Omnino enim satum nullo modo nascitur, nec nisi per alvum avium redditum, maxime palumbis & turdis. Hæc est natura, ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat: hæc Plinius. Quæ ante ipsum memoria prodidit Theophrastus lib. 2. cap. 23. de plantarum causis, unde illa mutata est Plinius. Porro id, quod in pinu, & abiete nascitur, quod (ut Plinius inquit) Stelin Eubæa dicit, Hiphæar Arcadia, frequentissimum in Tridentino agro in vallis Anania sylvis conspicitur, ubi ingens turdellarum copia vicitat. Sed hoc ad aucupia prorsus inutile est: decoctum enim, & deinde elotum omnem avitit lentorem. Quod autem in pinu, abiete, amygdalo, malo, pyroq. provenit perpetua fronde viret. Id vero contra, quod quercu, robore & castanea nascitur, utpote cui appetente hyeme omnia folia decidant. Hujus rei causam reddere temeravit Theophrastus, loco paulo ante citato, Theophrasti sententia non accepta. cum ita scribit: Viscum aliud folio esse perpetuo, aliud deciduo, haudquaquam absurdum est. Siquidem aliud virentibus semper arboribus, aliud fronde amittentibus insidet: fit enim, ut in his careat alimentum, in illis habeat, quantum abunde sit. Causa enim perpetua, decidua frondis hæc est, quemadmodum diximus: hæc Theophrastus. Verum enim vero hæc

D d d 2

Theo-

locis emicat. Eius decoctum singultus, sine febris, potu discutit: idem efficit, si quis eam aut teneat, aut odoretur: cum melle trita vitia cutis in facie, & lentigines emendat. Contusa in edulio rabiei canis maderi putatur: domibus appensa salutaris esse creditur, & hominibus, atque brutis fascini amuletum. Purpureo linteo circumligata, pecorum morbos abigit.

ALYSSUM.



Alyssi varia est apud authores historia. Nam si Plinio est adhibenda fides, Alyssum ea plane fuerit herba, quam Rubiam minorem vocamus, quæ quidem, præterquam quod folia ferat longè minora, præterquam quod Rubia similis constet. Quod autem Plinio hæc Alysson sit, ejus verba declarant libro 24. cap. 11. ubi de erythrodano hæc scribit: Erythrodanum, quam aliqui erythrodanum vocant, nos Rubiam, quæ tinguntur lana, pellesq; persiciuntur, in medicina urinam ciet. Morbum regium sanat ex aqua mulsæ: Elicenas, ex aceto illita: & ichthyas, & paralyticos, ita ut bibentes laventur quotiæ. Radix, semina, trahunt menses, alvum sistunt, & collectiones discutunt. Contra serpentes rami cum solis imponuntur. Folia & capillum tingunt. Invenio apud quosdam morbum regium janari hoc frutice, etiam si adalligatus spectetur tantum. Distat ab eo, quæ Alysson vocatur, foliis tantum & ramis minoribus. Quippe nomen accepit, quod à cane emorsos rabiem sentire non patitur, potius ex aceto, adalligatusq;: hæcenus Plinius. Quem facile qui suspicari posset, Dioscoridis Alyssum reddidisse, eo ductus argumento, quod is statim post Aparinem, quam rubia similem fecit, Alyssum descripsit: nisi omnibus serè notum hoc a rubia minore differre perspicuum esset. Siquidem Dioscoridi, alyssum foliis est rotundis, fructu duplicium scutorum effigie, in quo semen quadantenus latum: in montibus, & asperis locis nascitur: quæ sanè omnia in minori Rubia desiderantur. Quod præterea Dioscoridi, ut Plinio, Rubia minor non sit Alyssum, ex eo aperte cognoscitur, quod is infra de majori, & minori Rubia eodem capite tractaverit, id quod minime quidem fecisset, si nullam judicasset inter minorem rubiam, & Alyssum intercedere differentiam. Quare vel Plinium hæc in re hallucinatum, vel diversum à Dioscoride Alyssum accepisse crediderim. Porro magis adhuc Alyssi historiam ea confundere mihi videntur, quæ de eo posteritatis memoria prodidit Aëtius, cum inquit: Alyssum eam herbam esse ajunt, quam Heracleam sideritum vocant, quæ

Alyssi
conf.Alysson
Plin. est
Rubia
minor.Alyssum
Aëtii est
Sideritis.Alyssum
Galen.Alyssum
Ruelli
est can-
nabis syl.Alyssi vi-
res ex
Gal.

Nomina.

propter vias ubiq; nascitur, purpureo flore, foliis crassioribus. Nomen traxit, quod à cane rabido emorsus mirum in modum opituletur. Hu verbis Aëtius non solum non refert Dioscoridis Alyssum deprehenditur, sed neq; etiam satis exprimere, quam sideritum pro Alyssio intelligat. Nam cum tres sint siderites à Dioscoride monstratæ, quarum duæ, prima scilicet, & ultima, heraclea vocantur, non equidem scire possum, an primam, vel ultimam in suum Alyssum receperit Aëtius. Huic postremo, ut alii quoq;, non consentiunt quæ de Alyssio retulit Galenus lib. 2. de antidotis, ubi nonnulla Asclepiadi medicamenta ad rabidi canis morsus commemorat. Alyssum, inquit herba est marrubio adsimilis, asperior tamen & magis aculeata circa orbiculos, florem ad ceruleum vergentem profert. Hanc subcaneula astu colligere oportet: exsiccat a cotundi, cribrari, & servari debet, ne dissipetur. Ex his Galeni verbis palam est, Alyssum ab eo ex Asclepiade descriptum, potius primam, quam ultimam sideritum referre. Cum igitur varia admodum sit de Alyssio anchorum sententia, cumq; ejus historia tam varia, incertaq; habeatur, difficile quidem fuerit asserere, quamnam plantam Alyssum legitime vocari possit. Non desunt sanè nobis aliquot plantæ, quæ pro Alyssio ad nos à rei herbaria peritis transmissæ sunt, verum cum earum nulla legitimum mihi Alyssum referat, eas potius suppressendas, quam hic appingendas existimaui. Ruellius tamen eam plantam, quam herbarii (ut ipse ait) sylvestrem cannabim vocant, putat esse Dioscoridis Alyssum, vel ad ipsum propius accedere. Quod, ne semper aliorum errata corrigere videat, in judicandum relinquo, qui in simplicium etiam historia mediocriter versari, hæc & majora judicare possunt. Caterum Alyssum à Galeno ex Asclepiade representatum, in Italia provenire versari, hæc & majora judicare possunt. Caterum Alyssum à Galeno ex Asclepiade representatum, in Italia provenire non equidem inficior, neq; illud similiter, cuius meminit Aëtius. Sed quod horum in usum medico probandum, vel reprobandum sit non facile decernere ausim, quanquam à Galeno nunquam discedendum putaverim. Qui præterea Alyssi facultates tradidit lib. 6 simplicium medicamentorum, hu verbis: Nuncupata est hæc herba Alysson, quod mirifice juvet demorsos à cane rabido. Sed & rabienti quoq; data, sepe in totum sanavit: atq; hoc ex totius substantia similitudine efficit. Dandumq; prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & plane nulla constare ei modo. Quod si quis ad multa experiat, cognoscet facultatem habere mediocriter stercicam, & digerentem, cum hoc, ut absterforium nonnihil etiam obtineat. Hac ratione & viriliginem, & maculas faciei à sole prognatas expurgat. Herba, quæ à veteribus Græcè Alyssum quoque Latine dicitur: Italicè Alisso.

Alysson à Matthiolo & Anguillara propositum, Thlaspiis generibus adnumerandum, quare Thlaspi Græcum propinquius fortè Dioscoridis, polygonati folio, aut Oleæ, Lentis semine, Lobelo dicitur, ac Tabernæmontano Thlaspi Græcum polygonati folio. Verum cum hoc neutiquam confundendum Thlaspi Narbonense centunculi folio apud Lobelum.

Α'σκληπιάς.

ASCLEPIAS.

CAP. XC.

Asclepias, ramos emittit longos: folia hederæ, & longa, radices numerosas, tenues: odoratas: flores vi-

Ddd 3

Longa,
Ori. non
rus leg.

rus grave, semen securidacæ: nascitur in montibus. Radices ex vino potæ torminibus auxiliantur, & contra serpentium ictus. Folia ad versus vulvæ, mammarumq; ulcera, quæ cacœthe vocant, illinuntur.

Hedera
terrestris
non est
Asclepias

Falluntur, mea quidem sententia, qui Asclepiadis vice, quam in montibus nasci tradidit Dioscorides, nec non etiam Plinius, eam herbam accipiunt, quam vulgares quidam chirurgici Hedera[m] terrestrem nominant: quæ plerunque secus vias nascitur, & perpetuo humi serpit foliis rotundis, asperis, per ambitum quadam tenuis serratis, longo tenuiq; funiculo appensis: floribus exiguis, in purpura albicantibus: radicibus tenuissimis. Siquidem præterquam quod Dioscorides scriptum non reliquit Asclepiada in viâ publicâ nasci, nusquam etiam, quod legerim, prodidit eandem tam longo repere tractu & folia rotunda proferre. Nec minus etiam, ut equidem arbitror, hallucinantur ii (pace tamen Fuchsi eruditissimi Vincetoxicum Asclep. censentis, dixerim, quem constat ex suis commentariis hanc habuisse sententiam) qui putant Asclepiada eam esse plantam, quam vulgus herbariorum Vincetoxicum vocat. Quandoquidem huius cum folia, tum radices nullo odore commendantur: flores viris aliquod non redolent: semen non est securidacæ simile. Adde etiam quod ex Oribasii lectione Asclepias non proferi folia longa: cui subscripsit Marcellus interpres, fretus fortasse, ut solet, probatissimis exemplaribus. Præterea antiquissimus codex manu scriptus, de radicibus non legit *racem*, hoc est, multas, sed tantum *dentatis*, id est, id est, tenues, odoratas. Caterum *VINCETOSSICVM* provenit foliis laurinis, sed in cacumine acutioribus, firmis ac levibus, caulibus pluribus, lentis, viridibusq; circa quos folia per intervalla utrinq; bina spectantur. Flores edit tenues

Fuch. et
ror.
Vince-
tolici
hist. mat.

I. VINCETOXICUM.

* II. ASCLEPIAS NIGRO
flore. *

ex pallido albescens, è quibus acuta tenuesq; proveniunt siliquæ, candida intus lanugine, & semine, ut in Nerio. Radicibus, nititur numerosis, in girum se circumquaq; fundentibus, tenuibus, longis, albicantibus, haud odoratis, & mansu subdulcibus, quadam cum levicula acredine, quarum est usus. Nascitur in incultis locis, secus itinera, in montibus, collibus, & saxosis, & aridis locis. Radices ex calcium, & sicant ordine primo, digerunt, aperiant, & resolvunt. Vis ei magna ex totius similitudine substantia adversus omnia venena, unde illi nomen. Quare dantur magno auxilio potandæ ad venenorum animalium ictus. Demorsis quoq; à serpentibus & cane rabido utiliter præbentur diebus 40. continuis sesquidrachma pondere ex cardui benedicti decocto. Bibuntur quoq; quotidie ex vino adversus pestilentia contagia. Dantur eadem utiliter ex oxalidis, aut buglosi aqua ad omnes cordis affectus drachma pondere, unâ cum citrei mali semine. Eadem ex vino meraco potæ, tormina mulcent. Earundem ex vino albo decoctum siliquæ pondere potum diebus pluribus hydropicos juvat: verum statim à potu sudor provocandus est. Auxiliatur idem ictericis, namq; cutis nitorem præstat, urinam provocat, & tussis, & pectoris vitis opitulatur. Dantur trita radices unâ cum Peonia semine comitalibus, & Melancholicis cum ocimi semine, aut cum citri cortice, aut cum margaritis. Præstant potæ additis diſſamni albi radicibus ad interaneorum vermes. Adduntur utiliter in defecionibus, quæ sunt ad mulcendos uteri dolores, & ad menses ciendos. Non desunt, qui Vincetoxicæ radices laudibus efferant ad fractos, & ab alto devolutos, ubi dentur potandæ ex vino aut Symphyti majoris decocto. Sunt & qui illam humi repentem herbam, de qua antea diximus, pluribus celebrent facultatibus, præsertim ad thoracis, & intestinorum vulnera: quamobrem potiones ex ea magna opinione faciunt, & succum ejus in unguentis admiscunt: namq; vulneraria est, & glutinatoria. Præterea oleum quod infusus maceratisq; in eo foliis, ac diutius insolutis paratur, præstat plurimum potum ad colicos dolores: namq; præsentaneo auxilio eos juvat, qui hoc morbo laborant. Asclepiadis meminit quidem Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sed nihil de ejus viribus differens, sic tantum inquit: In tertio Diosc.

Vince-
tolici vi-
res Matth

Dioscorides de hac herba conscripfit: at nos ejus nondum periculum fecimus. Ea Græcè ἀσκληπιάδα, ut etiam Latine Asclepias nominatur: Italicè, Asclepiade.

Asclepias nostrum, Apocyno cognata herba videtur, & *vincetoxicum* seu Vincetoxicum vulgò dicitur, quod duplex, albo (quod vulgatum) nigroq; flore. I. Asclepias albo flore, C.B. Hirundinaria, Brunf. Trag. Gef. hor. Lon. Vincetoxicum, Matth. Dod. fol. Lug. Cast. Hederalis, Ruellio, Asclepias, Fuch. Dod. gal. Cor. in Diosc. & hist. Gef. hor. Lacun. Lob. Cæf. Tab. Cam. II. Asclepias nigro flore, C.B. Vincetoxici altera species, Dod. fol. Asclepias altera flore nigro, Lob. Asclepias nigra, Clus. hist. Hisp. Lugd. Asclepias tertia flore nigro, Tab. Apocynum, Columnæ: alii tamen Periplocam minorem vocitant.

Ασκληπιάδα.

ATRACTYLIS.

CAP. XCI.

Atractylis, † spina est cnico similis, folia multò a longiora ferens in summis virgis, magna parte nuda, [aspera q;] qua foeminae pro fusis utuntur, b capitula in cacumine spinis horrent, flos luteus, quibudam in locis purpureus invenitur: radix tenuis, supervacua. Coma, semen & folia cum pipere & vino teruntur utilissimè contra scorpionum ictus. Percussos tradunt, quamdiu eateneatur herba, nullum experiri dolorem, ipsumque deposita statim recrudescere.

I. ATRACTYLIS.



Erant haud dubiè, ut mea quidem fert opinio, Ruellius & Hermolaus: quippe qui existimaverint Atractylida esse Cnicum sylvestrem, cujus primo loco meminit Theophrastus lib. 6. cap. 4. de plantarum historia. Siquidem magnam ego inter sylvestrem Cnicum, & Atractylida invenio apud Theophrastum esse differentiam. Quod ut omnibus perspicuum esse possit, is praesertim, qui aliter sentiunt, hic Theophrasti verba de Cnico, Acarna, & Atractylide subiciam. Cnicum, inquit: sylvestri urbanoq; discernitur. Sylvestris genera duo notantur: alterum urbano admodum simile, rectius autem tamen: quamobrem eo mulierum priscarum nonnullae pro colutebantur: fructum nigrum, majusculum amarumq; parit. Alterum genus densum constat, caulesq; foucheos profert, quodammodo humicautile fit: nam propter foliorum molliam declinatur, procumbitq; ad arva: fructum amarum frequentem, barbaq; modo hirsutum gignit. Sunt ambo seminosi, verum sylvestre copiosius fert. Ejus peculiare pra aliis sylvestribus est, quod illa duriora spinosioraq; urbanis proveniunt: hoc autem mollius ac laevius constat. Acarna quoad simplicis ratione exprimi licet, aspectu Cnico urbano similis est, colore flavicanti, succo pingui. Fusus agrestis (sic enim Atractylida Latini nominarunt) hic candidior est: habetq; peculiare, quod in foliis evenit: decerpta enim, carniq; allata, succum sanguineum effundunt: qua de causa pueri, id est cruor à quibusdam spina hac est nominata: gravis etiam odore, cruoremq; representant. Sero perficit fructum, autumno enim & quidem in totum (ut summam proponam) universa spinaceorum natura fructus ferotina existit: hac Theophrastus. Ex quibus verbis facile cognosci potest, in Atractylidis historia aperte aberrasse Ruellium, cum in tertio suo de natura stirpi-

um libro asserit, Fusum agrestem, hoc est Atractylida, nil aliud esse Theophrasto, quam primum Cnici sylvestris genus, ut pote qui non animadvertit, quod Atractylis Theophrasto alia est, à Cnico sylvestri planta, quanquam illi fortasse non absimilis, & cui ea tantum insit proprietas, ut è foliis succum sanguineum fundat, id quod nullo Cnici generi tribuitur. Errandi ei occasionem, meo quidem iudicio, praeiit Plinius, quod lib. 21. cap. 15. sylvestrem Cnicum à quibusdam Atractylida vocari tradiderit. Ubi postquam commemorasset nonnullas spinosas plantas, quibus Aegyptii in cibo utuntur, de Cnico tandem in hunc modum disseruit. Multas praeterea, inquit, ignobiles habent plantas. Sed maxime celebrant Cnicon Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam. Hoc faciunt ex semine ejus. Differentia prima sylvestris & sativae. Sylvestrium dua species, una mitior est, similicaule, tamen rigido, exilis. Itaq; & pro colu antiquae mulieres utebantur, quam quidam Atractylida vocant. Semen ejus candidum, & grande, amarum. Altera hirsutior, terosior caule, & qui pene huiusmodi serpat, minuto semine: hac Plinii verba: Quae etsi quidem certam fidem faciant, primum sylvestris Cnici genus à quibusdam Atractylida fuisse vocatum, non tamen propterea affirmant, Atractylim esse Cnicum sylvestrem. Atractylidis deinceps speciatim meminit ipse Plinius cap. 16. ejusdem libri, cum inquit: Acarna colore tantum rufo (à scolymis scilicet) distinguitur, & pinguiore succo. Idem erat Atractylis quoq; nisi candidior esset, & nisi sanguineum succum funderet: qua de causa phonos vocatur à quibusdam. Odore etiam gravis, serò maturecente semine, nec ante autumnum, quanquam id de omnibus spinosis dici possit: haec Plinius. Ex iis igitur omnibus merito colligendum esse putaverim, legitimam Atractylidem nullam esse sylvestris Cnici genus, sed aliam per se plantam, nempe illam, qua pro fusis priscas utebantur mulieres. Quod sane animadvertens Theodorus sui Graeci idiomati peritissimus, in Theophrasti versione, Atractylida fusum agrestem interpretatur, non autem colum, ut primum agrestis Cnici genus vertendo, ex antiquo ad coloris usu, id colum agrestem rectè cognominari posse monstravit. Qua in re u planè declarasse videtur, priscas mulieres agresti Cnico colu vice fuisse usus, fusorum verò loco ipsa tantum Atractylis. Caterum sunt, qui plantam cujus hic nos imaginem expressimus, Atractylem esse existiment, quorum ego probarem opinionem, si folia sanguineum succum funderent, & caules rectiores essent: sit itaq; de ea aliorum quoq; iudicium. Credit Ruellius alteram Cnici sylvestris speciem eam nimirum esse stirpem, quae hirciorum vulgus Carduum benedictum, vel sanctum appellat. Quam profecto opinionem haudquaquā improbandam puto, bened-

D d d 4

quando.

† Orib.
add. y. xij.
xij. a. xij.
i. vel
Cnycus
fyl.
† Orib.

ma. i. co.
ma.
Atractylidis con-
d. Ruell
& Hermolaus
tor, Atractylis.
Cnicum syl-
vestre, esse cre-
dentium.
Cnicus
Theoph.

Acarna
Theoph.
Atractylis
Theophr.

Cnicus
Plin.

Atractylis
Plin.

Color
agrestis.
Cnici syl-
vestris lpe-
cies, Card

quando.

quando.

quando.

quando.

quando.

quando.